ENGELBERTUS ADMONTENSIS
14. Jh.
Seite 1r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26059
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Incipit primum in tractatum de gratia salvacionis et iustitia damnacionis hominum.

Capitulum primum. In quo ponitur eo et racio dubitacionis ipsius.

Capitulum ij. Explanacio et exemplificacio propte questionis.

Capitulum iij. De primo hominis condicione et de iustitia originali.

Capitulum iiij. De peccato originali et quare trahitur ab adam in omnes.

Capitulum v. De pena damnum que debetur peccato originali.

Capitulum vj. Quare et quis peccatum originale tollit per fidem et baptismum.

Capitulum vij. Quare ignorancia non excusat eos a fide numquam audierunt.

Capitulum viij. De duplici ratione que non sint excusati qui fidem non audierunt.

Capitulum ix. Quod dum dare gratiam et alii non dare non est iniquum apud deum.

Capitulum x. De ordine quo predestinacio electorum et damnacio reproborum.

Capitulum xi. Confirmacio eius quod deus huic salvando huic autem damnando iniustus est.

Capitulum xij. De separacione mentis ad gratiam et gratie ad gloriam.

Capitulum xiij. Quod adam non peccante omnes homines fuissent salvati et eo peccante salvantur ex omnibus pauci.

Hic incipit primum in tractatum de gratia salvacionis et iustitia damnacionis hominum.

Dica michi si nosti ora in qua parte fuerit lux et tenebrae quis locus est ut ducas unusquisque ad finem suum. Job xxxviij. Quia ut dicit glo. sup illo p. Quia bonus israel deus his qui recto sunt corde. et c. Puerilis et ipse deus puerilis est vnde sic demonibus qui in pulchrima iustitia dei de sua damnacione et humani generis salvacione scandalizantur. et c. Hinc contingit et homines quosdam quasi admirando quosdam autem quasi fere murmurando dubitare que quidam hominum damnentur quidam autem salvientur cui sic dicit. Aug. sup ps. In circuitu eius tabernaculum eius. et c. Vis quod multi omnes homines salvos fieri ut d. j. Timoth. ij. eque faveat omnibus ad salutem. Cuique talis dubitantibus et querentibus respondendo dicitur. Ut sola et vera fides christiana cui equidem subsecutus est via ducens ad salutem. unde illud athanasij in symbolo. Hec est fides catholica quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit. salvus esse non poterit. et c. Et prude quicumque ambulaverit in hac via fidei christiane in hac vita salvus erit. Qui autem hoc non fecerit in eternum peribit. Hoc aliquibus tenti hac distinctione profundioribus dubitationibus immergitur querendo. Quid de illis fiat et qua ratione illi damnentur qui fide catholica numquam audierunt nec de ipsa aliquid percepiunt. Solent etiam alii sepius dubitare. Cum intuitur illos qui fidem suscepta et audierunt. quidam non receperunt fide. quidam autem receperunt. quorum quidam in fide finaliter permanserunt. Alii autem a fide discesserunt. et quidam in infidelitate finaliter perstiterunt. sicut multi heretici et apostate fidei. Quidam autem ad fide per penitentiam redierunt. et iterum intu